

ANTI-THESES CONTRA AUCTOREM CONANTEM

Pontificiam Infalibilitatem certis terminis circumscrivere, eju/demque proposici iteratam defensionem.

PRÆLUDIUM.



Ervenit ad manus quadam
Dissertatio Apologetica nuperi Scriptoris Anonymi ad-
versus novissimum Privilegiorum
Pontificorum Vindicem, typis
Bartholomei Glazariae Venetiss
publicata. Videram eo inscriptam
titulo: *Infalibilitatis*

Pontificie iustis terminis circumscripta explicatio, atque defensio. Typis Coloniensibus prostrata annum a mox elapo 1734. computat. His autem non contentus aliam currentis anni 1735. elucubratione promulgat sub expresso nomine Fratris Hyacinthi Serry, in qua prioris Dissertationis moliniam per iteratam defensionem explicare sulus, atque urgere admitit. Quantum gaudii haferim in promissa defensione Pontifici privilegi, eo tristius accipi in posterioribus verbis, ubi contenditur ad terminos eam coarctare. Justos equidem terminos assignare declarat; sed undenam petendi sunt, nullus percipio. Quamobrem mecum pugnabat animus, an iteratis vindicis Privilegium hocco Romanis Pontificis ab invecta circumscriptione defendere necesse foret; vel Anonymum, & specialem Scriptorem ad editas vindicias remittere, ut ibi iam preoccupatas difficultates, & abunde enodatas inspiceret. Verum quia calide prefati tituli equivocatio veritati plurimum obesse posset, hanc provinciam aquius amplectar, quo iustiorem defensionem veritatis deposit. Puna (ut scriptis (1) Augustinus) nequaque justis reprehendis ministerium nostrum, si contra quaslibet adversarios veritatis ferventi spiritu & pro veritate cercemus.

§. I.

De disceptate questionis Cardine.

Quidam displexer indicata apologetica dissertationis analysis, qua declaratur infallibilitas Pontificia defensa & simul circumscripta. Neque juvat terminos justos nuncupare; quam nefas sit terminos, aut legem ponere auctoritati, qua Christum tantum auctorem agnoscat: Ille Deus homo, qui dixit: (2.) *Data est mihi omnis potestas;* Ille, inquam, inefficientiam judicis Petro concessurus fatus est: (3.) *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Et alibi, idem Magister, & Dominus Iesus Pontificium, quia late patet, Petro elargitur, ita eum alloquitur: (4.) *Pasc agnos meos; pasc oves meas.* Pluribus index Pontificiorum privilegiorum ostendit tum rationum momentis, tum Patrum perpetua Traditione, allatos textus intellectos, Serry Tom. V.

& habitos esse pro concesto Petro, & successoribus Romanis Pontificibus infallibilitatis privilegio, superi pro munere, & officio docendi universam Ecclesiam (quod idem est, ac ex Cathedra loqui) definitiones in Fidei, morumque materia pronuntiant. Nullum confessum, sive primum, sive posteriorem involvit, aut explicat textus evangelicus: nullum postulavit Antiquitas, nullum quoque Patrum traditio exigit, adeo ut per milles & amplius annos ignoraverit Catholicus quilibet dependentiam hanc Pontificie, immo ipsius Pe- tri infallibilitatis ab alieno confessu.

Ipsi Hæretici, etiam in situ pervicacioris contentiones, independentem, & abfolutam infallibilitatem Papæ professi sunt. Etenim Ariani Eusebiani factionis, una cum Concilialculo Antiocheno, totum conatum, laboreisque impenderunt, ut oraculum unius Iulii PP. ad firmamam eorum sententiam præsiceret. Eadem vi, & fraude usi sunt, ut unus Liberii contumiam vincerentur, scilicet fecero otio triumphare non posse, eti fertor mundus, dux Constantio Imperatore, in Arianismum propenderet, nisi Pontifex Romanus indefallibilitatis pondus unice adjectisset. Quorsum tanta cura? Quorsum tot studia, si a confessu Ecclesie veritas dogmatis inconculta penderet; vel firmitas judicii in assenso alieno baberetur accepta, quam Papa pronunciat? Noverant, veline, nolint, Heretici Ariani pertinere ad Romanum Pontificem quæstiones de fide peremptorie definire, eto simul turpissime errarent, cogitantes, posse Papam hæretum, aut errorem ex Cathedra docere, & Ariana probare perfidiam. Et Liberius sibi probe concius, nullatenus debere sive confilium, sive confessum, sive definitionem Concilii Ariminensis sequi, restituit petitioni, & illorum Patrum subscriptioni strenue est refragans.

§. II.

Evasio precluditur.

Répondet Auctor eruditus (5) hæc omnia superius dicta, & jam ad satietatem vindicata, vehementer dignitati, auctoritatique Romanorum Pontificum plurimum laudis affere, sed re æquis perspecta, plus incommodi creare projectique adulatoris speciem illum inducere, qui Jura Pontificia, ac privilegia nullis, quos ratio postulat, limitibus circumscribat.

Pudet probrum referre, quod eo maximum est, quo toram Romanam Ecclesiam appetit. Illam quidem Ecclesiam, quæ jura, ac privilegia Romani Pontificis profluerunt, & pro aris, ac foci defendunt, atque vindicant, quæ ut a Chri-

X 2 Ita

(1) Contr. Crescon, libr. 1, cap. 7. (2) Matth. 28, 18. (3) Ioh. 22, 32. (4) Ioh. 21, 15, 17.
(5) Pag. 63.

sto donata, ut in evangelico textu expressa, ac descripta amplectitur; mox preposta intemperantum hominum commentatoria dejiciunt, & nervant: qua censuris, atque proscriptiōibus theses, sibos, & codices lēdentes Pontificiam auctoritatem, vel attenuantem, una cum auctoribus perstringit, ferit, profigat: qua infallibilitatem Papae ex Cathedra pronunciantis absoluam agnoscit; independentem ab alieno afflentu, ex necessitate absoluta quasit, esse vult, & deprivat illam Ecclesiam adulatioēs criminēs onerat, quam ipse participantis Pontificis infallibilitatis facit, atque decantat. Quidam quoque hanc noxiam affingat sacro Textui; Patrum Traditioni, sacratoriōis Veritati, qua omnino nescivit terminus circumscrībere indefecibilitatem Petri in judicio ex Cathedra?

Ut ut sit: *Adulatio est fallaci laude seductio*. (1) teste Augustino. Idecirco falsa veris immiscendo deceptio blandientis lenitudo se prodit, Agedum: ubi vel ex qua parte cubet fallacia, deceiptio, falsitas? Ad anteriora procedamus.

§. III.

De adversantis intentionis argumento.

Approbat Auctor in verbis Christi Domini: (2) *Regavi pro te, ut non deficiat fides tua*, quibus infallibilitas iudicij Petro data creditur, nullam conditionem adjundam legi, alienum consulentum confundit explicantem. Verum contendit, conditionem hanc omnia subintelligendam esse, quemadmodum in altero eiusdem Christi promiso. Petro dato, per verba: *Tibi dabo claves solvendi quocumque super terram, ut sit solutum, & in celis*, non proinde ab his conditione intelligendum esse, sed praehabitis in penitentiā dispositionibus necessariis ad fructum clavium perspicuum.

Apta sane paritas ad destruendum argumentis intentum. Vel ipsi Ethnici patet, peccata non deleri nisi per penitentiam. Vel pueris compertum est, remissionem peccatorum postulare eorumdem detestationem. Nil ferme explicatus, nil frequentius in sacris litteris, quam illud oraculum Jeremia: (3) *Hec dicit Dominus Deus: Si converteris, convertar te*. Nil abundantius in Evangelio, pradicatur, nisi illud (4) *Peccantibus agite; & illud Christi: Si penitentiam non egritis, omnes simili peribitis*. Et hac est conditio abscondita, & implicita in data Petro facultate solvendi super terram, ut sit solutum, & in celis? Quod adeo perpicuum est, ut ipse Dominus Iesus edocens discipulos super usū parabolaram, dixerit: (5) *Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei; illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia sunt; ut videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligent: nequando convertantur, & dimittantur eis peccata*.

A contrario fluit nitida argumentum. Si constat, conditionem penitentiā dispositionis peccatoris ad obtinem remissionem culpa, injectam fuisse in data facultate Petro solvendi super terram, & in celis, cur adjicienda est conditio omnino arbitraria requisiti afflentus, consilique alieni a verbis Christi donatis Petro infallibilitatis privilegium; quam nullibz neque in veteri, neque in novo testamento vestigium, vel minimum appareat, neque antiquitas, neque Patrum traditio hucusque subdoraverit?

(1) Libr. 50. Hom. Hom. 20. c. 1. (2) Pag. 48. n. 3. Et in iter. def. pag. 95. Et pag. 106.
(3) Cap. 15. 19. (4) Marc. 6. 13. (5) Marc. 4. 12. (6) Pag. 49. (7) August. tract. sup. Psal. 63. v. 7. (8) Pag. 8. Et in iter. defens. art. 2. (9) Libr. 5. de loc. Theol. c. 5.

§. IV.

De eadem evasione.

Igitur si nullis conditionibus simpliciter necessariis infallibilitas a Christo Petro donata proditur; quid reliquum est, inquit Auctor eruditus, (6) nisi ut infallibilis etiam dicantur Pontifices, ubi forte iudicium de fide tulerint dormitantes, aut somniantes?

Non sequitur illatio! Abicit a viro docto fallacia. Infallibilitas Prophetarum in prænuntiandis futuris; infallibilitas Apostolorum in prædicatione veritatis; infallibilitas Evangelistarum in scribenda evangelica historia, & infallibilitas Papæ in definiendis rebus fidei, & morum ex Cathedra, habent Deum auctorem; adeo ut si defectus quisquam erroris, vel mendacii obreperet, idem delinqueret. Decet quippe omnium unum Pastorem omnes oves pacere indecibilis doctrina pabulo, ut potissimum prefat loquendo ex Cathedra. Porro Theologis compertum est, hujuscemodi lumen, five altum, five specialem Spiritus Sancti adiunctionem explicet, esse donum transiens, non permanens, ut de schola loquimur; quod prout sapientia Altissimi dirigente confortur, opportune, pro loco, tempore, & occasione, quibus Deus vult. Ludrica itaque calamo circumponere, nempe a Pontifices dormientes, vel dormitantes infallibilitate absoluta a qualibet conditione potuerint, nil aliud est, quam Deum auctorem blasphemare, ac irridere. Hoc unum pro irrefragabili doctrina, habendum est, nimirum si Pontifex ex Cathedra docens erraret, in Deum auctorem error recideret, quod plane impossibile sit. Ita de Prophetis, ita de Apostolis, ita de Evangelistis dicendum est. (7) Deserunt scrupulantes scrutationes. Et de his satis.

§. V.

De Magistro Cano.

Aprobationes assumpti mox descendit eruditus Auctor (8) contendendo; Pontificiam infallibilitatem tunc tantum haberi, explicheret, dum Pontifex præmissa Ecclesia Romana, Peitorum, Sapientum, ac maxime S. R. E. Cardinalium, nunc Clerum ejusdem Ecclesiæ constituentium, Consultatione, habitoque consensu, in materia morgan, & fidei, ex favore tribunali pronuntiat. Quod adeo necessarium simpliciter autumat, ut si abesse prefata conditione, vel medio iudicium ferat, infallibili periculum Pontifex subire cogatur. Plures Doctores illustrioris nota in hanc conspirare sententiam recenseret, & primo profert in medium extitum Theologum Melchiorum Canum, (9) de cuius auctoritate in præsentiarum exito sermo.

Unum hærente in mente necesse est, me nunquam incipiari, aut incipiaturum officii, & munieris Romani Pontificis esse, ut omni cura, studio, ac diligentia adhibita, & præhabita de re definienda, iudicium discretivum agiter, & præmittat, ut serio, diligenter, & humana ratione, ac via, de controversia examinata, iudicium finali definitivum prodeat. Sed difficultas suborta in eo sit, an ad hujusmodi examen cogatur con-

ANTI-THESES. 165

consultatione, ne incertum, & fallibile iudicium proferat: vel id tantum ad convenientiam salubris desideretur, adeo ut si Pontifex per se præster quidquid ad enucleandam difficultatem operis esse perceperit, infallibilis ponderis sententia, ac definitio evadat. Hoc secundum adversus Autorem eruditum tota contentione virium propugno.

Nunc ad sententiam Magistri Cano deveniam. (1) Propofuerat opinionem aliquis dicentes, dubiam, & incertam fore definitionem Papæ, siue Concilii, nisi conseru nobis adhibitan fuisse diligentiam, ut via, & ratione procederet inquisitio. Deinde placitum quorundam recitans, ait: (2) *Sunt etiam, qui non obsecrare dicant, quod si quando Romanus Pontifex, in definitione fidei, erravit, inde evenire potuit, quod non tantum, quam sam debet, adhibuit diligentiam, antequam sententiam proferet: quod vel rem non examinavit, vel non eos, quos oportebat, consuluit. Quibus si obsecras, Apostolicam Sedem errare in fide non posse; faveatur id quidem; sed ait Sedit Apostolicam ratione non solum Summum Pontificem significare, sed ipsum, ut facit ea, que ad Catholicam spectant: docet, quatenus non ex sua, sed ex confilio bonorum virorum, & doctrina procedit: ita Sedit Apostolica iudicia intelligi, non que occulte, malicie, inconfite per solum Romanum Episcopum, aut etiam cum paucis sibi faveantibus proferuntur; sed que ab eo ex confilio plurimorum virorum sapientum, plene prins reexaminate, prodeant.*

Laudat quidem Ceno necessitatem adhibendi consilium, & expendendi utriusque partis argumenta, tam respectu Papa, quam respectu Concilii, se necessitatem illam nanquam stricte abfutare, & simpliciter talis agnoscit. Siquidem profert exemplum statim (3) de Concilio Jerolymitano Apostolorum, ubi inter eosdem Judices magna coniunctio facta est: item de Concilio Niceno, ubi Patres nullo de foris consulente persicatos, & doctores diligenter agnoscunt. Siquidem probat exemplum statim (4) de Concilio Jerolymitano Apostolorum, ubi inter eosdem Judices magna coniunctio facta est: item de Concilio Niceno, ubi Patres nullo de foris consulente persicatos, & doctores diligenter agnoscunt. Ergo aliena consilatio peritorum, five assensus nequit esse de necessitate simpliciter ad serendum iudicium definitivum in fide causa.

Enim quidem Ceno necessitatem adhibendi consilium, & expendendi utriusque partis argumenta, tam respectu Papa, quam respectu Concilii, se necessitatem illam nanquam stricte abfutare, & simpliciter talis agnoscit. Siquidem probat exemplum statim (5) de Concilio Jerolymitano Apostolorum, ubi inter eosdem Judices magna coniunctio facta est: item de Concilio Niceno, ubi Patres nullo de foris consulente persicatos, & doctores diligenter agnoscunt. Ergo aliena consilatio peritorum, five assensus nequit esse de necessitate simpliciter ad serendum iudicium definitivum in fide causa.

Hoc fuit sententia Magistri Cano, quam ipse eruditus (6) Auctor semper coluisse, & complexisse esse enunciata. Quumque non prioris opinio eius, sed hujus posterioris Cano sit auctor, mirari subit, cur ille in reprobata a Cano opinione defecit. Sed urinam vestigiis, tanti Magistri inhaesit, quia certo certius nunquam dixisset, Papam esse fallibilem, si deficit Ecclesiæ Romanus, hoc est Cardinalium S. R. E. consensus, neque usquam infallibilem hanc Ecclesiam Romanam specialem proclamasset; conjudicemque prouinciantem cum Papa definiti, dogmatis, contra Canum, strenuum infallibilitatis, Pontificia defensionem, ac vindicem, unquam protulisset.

§. VI.

De Magistro Silvestro Priorate.

Plura expendenda occurserunt in auctoritate Prioratis, quam objicit eruditus Auctor. Non diffiteor doctorem hunc in eo esse sensu. (7) Pontificem Romanum tunc infallibilitate iudicij gaudere, quum agit ut Caput Ecclesiæ, scilicet quum uitio membris suis procedendo ex peritiorum confilio, five Mitrati sint, five Galerati, vel neutrius sint conditionis. Laudat tamen, si Papa utatur Cardinalium confilio. Hanc igitur consultationem necessariam esse Silvester censet, quia inquit: (8) *Papa, ut Papa ex officio suo, agens factum determinare non potest proprii sufficiantem Trinitatem, & idem de Concilio cum Papa. Sed an velit hanc necessitatem esse absolutam, incertum, ut hic & alibi ostendam.*

Admitto supremum Principem debere in regimine

(1) Loc. cit. §. Item. (2) Loc. cit. §. Alter. (3) Loc. cit. init. cit. §. Alter. (4) §. Itaque.
(5) Loc. cit. §. Nam & Apost. (6) Pag. 44. (7) In Samm. V. Concil. & tract. de irefrag. verbi.
(8) Rom. Eccl. cap. 15. (9) Tract. cit. cap. 16. §. nou. obitatis?

mine habere affidentes, & Consiliarios, quibus uti possit nudum in arduis, sed etiam in minoribus negotiis, quia pluribus distractus impar sit ad singula. Pariter admitto de jure Capitis esse, posse uti membris suis, prout justitia postulat, in ordine ad finem, qui est bonum totius corporis; & admitto, quod ubi major est arduitas, & difficultas in iudicis, ceterisque occupationibus, tunc magis, ac magis uiger necessitas habendi affidentes, & arcendendi Consiliarios. Hac omnia contingunt pessim in quoconque re, & ordinato regimine, & maxime Sedis Apostolicae, cuius sententia tanta semper consilii moderatione conspicitur, tanta patientia, & maturitate decognitum, tantaque deliberationis gravitas profertur, ut nec immutari necessarium ducat; nisi forte sic prolatas sit, ut retractari possit, vel limitari: inquit (1) Gregorius Magnus.

Potiori necessitatibus vi id incumbit Principi, qui ad veritatem intelligendam minus fuerit idoneus; & fortius, si de re fidei, qua non est, neque esse potest retractabilis, & mutabilius, supremum Judicem controversiarum agere sit opus.

In praedictis Silvestro acquiesco. Sed quod ultius cogatur supremus Judge sub pena incertitudinis, vel nullitatis judicis, in quoconque actu affidentes adhibere, & aliorum consilium exquirere, etiam si Judge sapientior, & excellens, diligens in labore, & studio paratus, ac promptus ad difficultia dirimenda, & accommodatissimus, utre, quam capessit, optime perfugatur; neque probat, negre intendit eruditissimum Silvester. Verbo. Nunquam Silvester dixit Papam non esse infallibilem, nisi utatur consulentiam ope, neque hanc conditionem esse necessariam simpliciter pro infallibilitate eius judicis, unquam probavit, aut concescit. Nunquam de Pontifice undeque doctissimo, nunquam de Pontifice praestantissimi ingenio, qui quolibet Consiliario docere possit, nunquam de Magno Leone, nunquam de Magno Gregorio, nunquam de alio, de quo dici possit: Ecce plusquaque Salomon hic, est unquam loquutus, vel questionem inquit, certius in oppositum abiturus sententiam, si id excusat.

Ita res rebus juncta facile committuntur. Nimirum & quod in potestate Capitis sit uti membris totius corporis; & quod sit ei liberum illius uti, ubi maxime agitur de iudicio, quod proprium est opus mentis capiti affidentis. Hac potest esse excellenter praet cateris dono consilii ex alto pradita, quin coacta sit ex necessitate absolute aliorum consultationem expostrare. Concedo id infrequentius contingere, sed mihi fatis est exemplo Sancti Leonis insister, proprio labore, ac studio scribentis Epistolam dogmaticam infallibilis veritatis contra Eutychem, ut expuncta abunde agnoscatur necessitas absolute, & simpliciter aliena consultationis; adeo ut alter definiendum Pontificem cogatur dicere fallibilis virio laborare, vel laborare; quod summum piaculum foret vel de Magno Leone suspicari.

Contentiunt quoque Canones a doctissimo Silvestro produci, quibus se totum dedit, nempe Can. Apostolicae, jam supra relatus, & cap. Venerabilem ex Innocentio III., ubi (2) Deuteronomii verbis relatis, statuitur lege veteri a Deo decreta fuisse obsequenti sub pena capitii iudicio. Sacerdotum Levitici generis in emergentibus causis, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram. (Ecce affidentes, en Consiliarii, Innocentio teste) deinde subditus textus: Qui autem superbierit nolens obediere Sacer-

(1) Can. Apostolicae 35. quæst. 9. (2) Deut. cap. 17. (3) Tract. cit. cap. 16. ad 4. punctum.
(4) Libr. 5. de loc. Theol. cap. 5. §. Alter. (5) Cap. 92. ad 2. obicit. (6) Pag. 19. in iter. def. pag.
38. (7) Cap. 112. ad 6.

etiam, quæ per ipsum cum paucis sibi faventibus, aliis in fraudem non vocatis, ad partem profertur. Hac summa objecta auctoritatis.

Verum exultat prorsus ab hac sententia necessitas illa simpliciter Italii aliena consultationis ab erudito viro inventa. Nihil enim inducit Cardinalis de Turrecremata de possibili eventurum in casu, quo Papa pari, ut opus est, sapientia, ac prudentia prædictus, proprio labore, ac diligentia utens absque aliorum peritorum consilio decerneret. Quod mox evincam. Item eximius Cardinalis agens de Conciliis sermonem instituit: (1) De his, a quibus cavendum est in Conciliis. Decem enumerat inconvenientia prorsus indigna maturitate Conciliorum, in quibus potiora a Pontifice eliminanda recentur, quin infallibilitatem universali Concili vulnere prætendat. Item inquit: (2) Qui admittendi sint ad Concilium universale, & qui non? Præcedenti cap. (3) laudaverat consiliarios Doctores in divinis & canoniciis decretis vocare, & adhibere, sed nullatenus id esse simpliciter necessarium dixit, & exemplis comprobavit. Hinc validum argumentum confutatur si plenario Concilio, Judicibusque in eo sedentibus non est necessarium simpliciter de foris consultationes exquirere ad iudicium ferendum, quum ipsi per se se valeant, & controversias expendere, & finaliter decidere, esto sepe id congruum, & convenientissimum vixum fuerit, consiliarios scilicet admittere, ut in Tridentino, aliquid præcedentibus Conciliis actum est; cur necessitas hujus vinculum fas erit injicere summo omnium Capiti Romano Pontifici, a quo ipsa Concilia auctoritatem, & robur exspectant, adeo ut has incitas sententiam Cardinalis conspicui coarctare necesse fuerit?

Id vehementer contendit; quoniam ipfmet spectabilis a Turrecremata necessitatem simpliciter cogendi Concilium rejiciens, libertatem Pontificis relinquit illud convocandi, prout ratio, & temporum circumstantia urgere possint. Et tamen ab initio exemplum Petri nos docet, Concilium Jerofolymum habitum esse ad dirimendam obortam controveriam circa legatum obseruantiam. Ubi autem Concilii necessitatem abicit, præzente exemplo adeo splendido, nunc credendum est acerbitus propagator necessitatis simpliciter utendi consiliarius, qui inter Reges Ecclesie ab Apostolo non numerantur? Illud medium. (4) cogendi Concilium, utile quidem, sed non esse necessarium simpliciter afferit, hoc autem medium utendi, consulentium ope, & suffragio adeo necessarium omnino reputabit vir Purpuratus in Romano Pontifice, ut si excludatur, Pontificiam infallibilitatem periclitari censuerit?

Ad hoc. Querit (5) Cardinalis laudatus, a quo immediate auctoritas Conciliorum proficitur, ac pendeat: decernique eorum auctoritatem a Pontifice Romano proxime descendere. Quare? Quia solus Papa est Caput totius Ecclesie, cui jure competit membra regere, sensuunque omnem, & motum ei præbere, ac influere; & quia est solus Pastor totius Ecclesie, ad quem specta providere, & dare pabulum toti Ecclesie, quod sit in universalibus Conciliis disponendo, ordinando, constituendo, corrigitendo, diffiniendo, interpretando. Verbo. En medium, unde in Ecclesiam derivat follicitudo. Pastoralis, ac Capitis providentia. Attamen, teste de Turrecremata, hoc medium non est simpliciter necessarium ad excelsi capitis veritatem in Papa, esto (quod plus est) membra ad Concilium vocata potiori

(1) Tract. de Concil. cap. 27. (2) Cap. 15. (3) Cap. 14. (4) Cap. 9. & 10. (5) Cap. 28. (6) Pag. 28. §. V. in iter. def. pag. 56. (7) In Cominent. ad c. oportebat. 79. dicit tract. de SS. Univ. Eccl. art. 2. (8) Argument. §. alio.

§. VIII.

De Rodulpho Cupers.

PLacet Auctori eruditio prædere Rodulphum Cupers, (6) veluti sua opinationis firenum prepugnatorem; quod an verum sit, hic erit discutendum. Ad laborat Cupers probare: (7) Juris esse divini, quod Cardinales assilant Papam ope, & consilio. ideoque Ecclesiam habere Senatum ad maiores causas judicandas, ex divina institutione; eumque Senatum esse partem ipsius Ecclesie, vel potius Ecclesiam ipsum esse representantem in Cardinalibus. Quibus iustis inferit Cupers, seu probare intendit: Pro constanti esse sententiam, oportere Papam consilia Cardinalium requirere: sententia maxime, quod claves Petro commissæ due fuerint, una scilicet potestatis, alia dis-

Hac Cupers; sed nihil ad causam eruditus Auctoris, a quo enixa peto, ut oculum referat ad capitula initio tractatus explicata, ubi conjicit alter Cupers intendere, atque docere, ac sibi fingit vir eruditus. Protinus me expediam sequenti Commentario ad verba Cuperii.

In praedictis ad citatum tractatum explicat: (8) quid intellexerit docendo, Ecclesiam jure divino, habere Senatum, atque, Concilia de jure divino esse instituta, & Cardinales itidem eodem Jure constitutos suos; quatenus feliciter id potest dici Juris divini, quod figuratum reperitur in lege veteri, & exemplatum in nova legis Ecclesia: ex quo latissime Ius divinum Cuperius interpretatur. Cumque viderit Moysi affidentes Judices, & Seniores a Deo delimitatos, ita Senatum, vel Cardinali, vel Cardinalium jure quoque divino, latius accepto, vel potius ad instar divinae institutionis, in data lege Moysi, perfectum existimat.

Munus Cardinalium esse affidere, & juvare Pontificem ope & consilio, nemo iniciatur.

Opor-

Oportere Papam confilia Cardinalium requiri, bene est, bonum, expediens est, sed verbum oportere solum, vel nunquam, vel raro necessitatem simpliciter significat; neque in caso praefanti eam significare poterat, quum incertum sit quo saeculo Cardinalium nomen, & opus invacuum fuerit.

Itaque quemadmodum non obstante institutione divina Concilii, liberum esse, & semper suisse Pontifici, illud cogere, & illius ope, & confilio ut; ita liberum relinquit eisdem, uti ope, & confilio Cardinalium. Nec quidquam a Cuperio ulterius quispiam emunget. Nunquam enim communiter Papa alter agenti infallibilitatis iacturam. Etiam. Suntit (1) laudatus Auctor, post Papam in casu dissidiis inter Patres integrum Concilii neutri suffragani, sed vel aliam inire sententiam, vel suspendere judicium, donec in fumus traxerit partes dissidentes sententiam. Hæc nedum gentiū superiori Papa auctoritatem Concilio, sed absolutam quoque a iudicio, vel confilio, universalis Synodi. Equis deinde fecerit Cuperio sibi contrarium, ut deinde velit Papæ auctoritatem illigatam suffragio inferiorum confluentum?

Dignum est etiam animadversione, Cuperium velle, conarique probare adesse Jure divino Senatum, quem stabile virorum sapientum selectum Collegium nominat. Silvester vero hunc Senatum permanentem pro necessaria Consultatione non requirit, contentus, ut quibuscumque peritis libere Papa uti possit. Ergo vel unus, vel alter, vel uterque fallitur. Ubi est enim probabilitas opinionis, quæ iter præterat abhuc constante principio? Quocirca necesse est ambos interpretari loquutos circa necessitatem simpliciter, & absolute talem, & de Jure divino exemplato, quod nihil cogit.

§. IX.

De Joanne Driedo.

Producit in medium eruditus (2) Auctor P. Joannem Driedo, tamquam auctorem absolute necessitatis, qua Papam vult adstringi ad previam consultationem habendum, cum peccatis ante fidei definitionem: quia scriperat. (3) Unde & sententia Papæ circa fidem tanta confilii moderatione concipi debet, tantoque maturitate patiente decoqui, & tanta deliberationis gravitate proferi, ut omnino resit sit credenda. Hæc abunde in præcedentibus explicata sunt, & maxime §. VI. Pergit Driedo. Verum quia Papa quatenus homo taliter modum deliberationis, circa ea, que sunt fidei, potest omittere, & innisi proprio sensu, propriece prudentia, idcirco etiam plorunque licet examinare literas mandatorum Pape definitum aliquid credendum esse, aut fide tenendum. Hæc tenuit Driedo obiter rem attingens.

Sermo aquivocatione plenus est. Si enim, ut homo mendax potis est diligentiam necessariam præterire, tunc nego potis est rem de fide definire; quia tunc agit, ut homo privatus, cui non est collata infallibilitas judicii. Sed quando intellegitur, ut Papa ex officio definit, tunc implicat potest definire, ut est homo mendax, non præhabita vel per se, vel per alias, ea diligenter, quæ satis sit ad veritatem intelligendam. Primum videtur Driedo respire, quum passim doceat, esse Pontifici obediendum, utpote omnium Pastori a Christo dato. Igitur secundum ample-

titur: nimis, ut proprio sensu, propriisque prædicia non imitatur; sed studio Sacra Scriptura, traditionique Ecclesiæ, quod prælitit per se M. Leo, nec præfere poterat excellentius.

Hinc duo absurdissima sequuntur. Vei liberum facit plebi, & ovibus post latam definitionem dubitate de adhibita, aut non adhibita diligentia, (quod etiam respectu Concilii plenari evenire potest) & tunc five pronunciet ut Papa, five ut homo, semper incerta erit fides. Vei liberum adhuc relinquit plebi examen, & iudicium super re definita; & tunc jus erit cujuscumque crederet, vel non crederet, donec sibi constet de veritate, aut falsitate iudicii. Utremque amplexus est Lutherus ad maledicendum Tridentino Concilio, & utrumque abhorruit Driedo exprobans Lutherum saevitum.

Ut autem errorem adeo supinum avertam ab eximio doctore, respondere oportet, nil aliud permetters, quam examen de fidelitate, aut de veritate editi diplomatis, nequitam rei definitio. Quomodo expresse dixit: Plorunque licet examinare literas mandatorum Pape.

Caterum ad rem nostram nihil agit Driedo; an Papa possit per se se omnes illas diligenter expiere, quas labore confluentum peritorum comparare valeret, de quo est præsens discursus. Quo admisso nequit Driedo adiungere iudicanti Pontifici debitum infallibilitatis privilegum.

§. X.

De Stanislao Cardinali Hosio.

Stanislai Cardinalis Hosii testimonium arribet (4) eruditus Auctori. Scriptit ille: (5) Beati Doctores, si non ijdem verbis, ijdem tamen sententiis, multis in locis, concorditer adstrinxerunt, hereticum esse omnem hominem, qui a Romana, & Universali Ecclesiæ in fidei doctrina discordat. Sic ante 400. & amplius annos hereticum pronunciavit, quicunque diversum ab Ecclesia Romana docuerit. In qua quidquid gravioribus de causis, fideli preferenti decernitur, non est existimandum, quod solus sit Julius V. G., aut Pius, qui decernat, ut errare tanquam homo posse. Habet ille, sicut Cyprianus loquitur, florifluminis Clerum secum usus presidens, singulari doctrina præstans, de cuius consilio, sicut gravioribus de rebus, præstans de fidei causa decernit, labi, & errare nos posset.

Quid inde extundat vir eruditus, nempe ut Pontificem cum Clero suo, vel cum Cardinalibus illum representantibus, necesse sit judicare, si infallibiliter judicare voluerit, non video. Etenim olim judicabat Papa cum Synodis, & in urbe, & extra. Judicavit in Synodis generalibus abhuc confilio Cleri Romani. Igitur Purpuratus vit non potuit Pontificiam indeficientiam unice referre ad consilium Cleri. Ratio, cur nomina Iuli, & Pii exprefserit, ea est, quia Augustanam Confessionem confutandam suscepit per Confessionem Catholicam ibi adornatam. Illa impetrat Pontifices, qui operam impenderent ad promovendum, & absolvendum Tridentinum Concilium. Ita arroganter hereticorum frangebat. Satis fuit Hosio nonnullos Pontifices illius temporis recensere, & morem tunc prævalentem in iudicio ferendo innuere. Sed ait semper, & ubique hic mos invaluere, & necesse sit simpliciter observare, neque dixit, neque somniavit illustris Hosius, & extra rem erat inquirere. Nihil ergo

(1) Art. 2. post prelud. (2) Pag. 27. §. IV. & in iter. def. pag. 53. (3) De libert. Christ. 1. 2. c. 2. (4) Pap. 29. §. 6. & in iter. def. pag. 59. (5) In Confess. Cathol. fid. c. 28.

ergo evincit eruditus Auctor ex allato testimo-
nio.

Amplius. Si quis hoc idem diceret de quolibet Monarcha, vel de eodem Papa in ordine ad Regimen Temporale, vel Spirituale subditorum, nonne egregie laudaret providentiam Principis, & Pontificis felicium viros sapientes consulentes opportune leges, & decreta fangienda, unde obredicant obstrui possent, dicendo, effe cuncta ex prudentum confilio enucleata, & emanata? Ecquis nisi audax hinc dixerit probari neccesitatem abolitam utendi consultatione prudentum, itaut inane leges sint, si illis inconsultis late fuerint? Igitur ad revincendos Hereticos sermo Hosii procedit, neque intentum adversari vel in apice insert.

§. XI.

De Alphonso de Castro.

Provocat eruditus (1) Auctor ad auctoritatem Alphoni de Castro, quem nimis fidenter appellat Apostolicae Sedis indeficientem defensorem, & vindicem. Hic auctor male audit apud veros propagatores Pontificia auctoritatis, quia teste Bellarmine, (2) sentit Pontificem, etiam ut Pontificem, posse esse Hereticum, & docere hereticum, sed abhuc generali Concilio definitum, & de facto aliquid accidit. Hæc Bellarmine, qui hanc opinionem, ut erroneam, & heresi proximam rejicit, atque fugillat. Et sane Alphonsum tradit: (3) Ad solam Ecclesiam pertinere Sacram Scripturarum interpretationem, quam quisque fidelis amplius tenetur: Ait: Omnis homo errare potest in fide, etiam si Papa sit. Nam de Libero Papa constat fuisse Arianius, & Anagnus Papam fuisse Nestorianum. Non enim credo aliquem esse adeo imprudentem Papam assertorem, ut ei tribuerit hoc velit, ut nec errare, aut in interpretatione sacrarum literarum hallucinari posset. . . . Si ergo in interpretatione sacrarum literarum quilibet homo errare potest, erit necessaria iudicatio interpretationis penes totam Ecclesiam, penes quam jus fuerit discernendi Sacras Scripturas a humanis. Nam hec errare non potest, quoniam a Spiritu Sancto sit edoluta.

Miror Alponum tribuere Ecclesie, neutriquam Papæ immunitatem ab errore, quia hic homo est, perinde ac Ecclesia ex hominibus confata non fuit; vel æque ac ista nequeat edoceri a Spiritu Sancto.

